



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CLXXIX. De diuisione vitæ per actiuam, & contemplatiuam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

hoc solum donum Spiritus sancti est, quod dividit inter filios regni, & filios perditionis, ut dicit Augustinus 15. * de Trinitate. ergo videtur quod etiam mali possunt miracula facere.

lib. 15. cap. 35. in princ. wam. 3.

RESPON. Dicendum, quod miraculorum aliqua quidem sunt non vera, sed phantastica facta, quibus scilicet ludificatur homo, ut videatur ei aliquid quod non est. Quaedam vero sunt vera facta, sed non vere habent rationem miraculi, quae sunt virtute aliquarum naturalium causarum. Et haec duo possunt fieri per demones, ut supra dictum est: * sed vera miracula non possunt fieri nisi virtute divina, operatur enim ea Deus ad hominum vilitatem, & hoc dupliciter. Uno quidem modo, ad veritatis praedicationem confirmationem. Alio modo, ad demonstrationem sanctitatis alicuius, quam Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis. Primo autem modo miracula possunt fieri per quemcumque qui veram fidem praedicat, & nomen Christi invocat, quod etiam interdum per malos fit: & secundum hunc modum etiam mali possunt miracula facere. Unde super illud * Matth. 7. Nonne in nomine tuo prophetaimus & c. dicit Hiero. Prophetare, vel virtutes facere, & demonia eijcere, interdum non est eius meriti qui operatur: sed invocatio nominis Christi hoc agit, ut homines Deum honorent, ad cuius invocationem sunt tanta miracula. Secundo autem modo non sunt miracula nisi a sanctis, ad quorum sanctitatem denunciandam miracula fiunt vel in vita eorum, vel etiam post mortem sine per eos, sive per alios. Legitur enim Act. 9. quod Deus faciebat virtutes per manus Pauli: & etiam desuper languidos deferebantur a corpore eius sudaria, & recedebant ab eis languores. Et sic etiam nihil prohiberet per aliquem peccatorem miracula fieri ad invocationem alicuius sancti, quae tamen miracula non dicitur facere ille, sed ille ad cuius sanctitatem denunciandam haec fierent.

Ar. praed. ad 2.

Matth. 7. tomo 9.

q. 83. art. 16.

Tract. 44. in Io. a medio illius, to. 9.

Aug. in libr. 83. quest. 4. 79. a medio tom. 4.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est * cum de oratione ageretur, oratio in impetrando non immitur merito, sed divinae misericordiae, quae etiam ad malos se extendit: & ideo etiam quandoque peccatorum oratio a Deo exauditur. Unde Augustinus dicit super Ioan. * quod illud verbum caecus locutus est, quasi adhuc imundus, id est, nondum perfecte illuminatus: nam peccatores exaudit Deus. Quod autem dicitur, quod oratio non audientis legem, est execrabilis, intelligendum est quantum est ex merito peccatoris: sed interdum impetrat ex misericordia Dei, vel propter salutem eius qui orat, sicut auditus est Publicanus, ut dicitur Luc. 18. vel etiam propter salutem aliorum, & gloriam Dei.

AD SECUNDUM dicendum, quod fides sine operibus dicitur esse mortua quantum ad ipsum credentem, qui per eam non vivit vita gratiae. Nihil autem prohibet, quod res viva operetur per instrumentum mortuum, sicut homo operatur per baculum. Et hoc modo Deus operatur per fidem hominis peccatoris instrumentaliter.

AD TERTIUM dicendum, quod semper miracula sunt vera testimonia eius, ad quod inducantur. Unde a malis qui falsam doctrinam enunciant, numquam fiunt vera miracula ad confirmationem suae doctrinae, quamvis quandoque fieri possint ad commendationem nominis Christi quod invocant, & virtute Sacramentorum quae exhibent. Ab his autem qui veram doctrinam enunciant, fiunt quandoque vera miracula ad confirmationem doctrinae, non autem

ad testificationem sanctitatis. Unde Augustinus lib. 83. q. Aliter magi faciunt miracula Christiani, aliter mali. Magi per fidem factus cum demonibus: boni Christiani per signa prophetiae: mali Christiani per signa prophetiae.

AD QUARTUM dicendum, quod licet Augustinus 83. quaest. * Admonet nos Dominus minus quaedam miracula facere non potest, qualia sancti facere non possunt.

AD QUINTUM dicendum, quod licet Augustinus dicit, ideo non omnibus sanctis vita est periculosissimo errore de operibus in talibus factis esse maiora donis: quibus vita aeterna comparatur.

QVAESTIO CLXXIX. De vita activa, & contemplativa, in duos articulos divisa.

IN SEQUENTER considerandum est de vita activa, & contemplativa, ubi duplex consideratio occurrat. Quarum prima est, de divisione vitae per activam, & contemplativam. Secunda, de vita contemplativa. Tertia, de vita activa. Quarta, de comparatione vitae activae ad contemplativam.

CIRCA primum quaeritur duo. Primo, Vtrum vita convenienter dividatur per activam, & contemplativam. Secundo, Vtrum divisio sit facticiens.

ARTICULUS PRIMVS.

Vtrum vita convenienter dividatur per activam & contemplativam.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod vita non convenienter dividatur per activam & contemplativam. Anima enim est principium vitae per suam essentiam, dicit enim Philosophus * in 2. de anima, quod vivere, viventibus est esse: actionis scilicet & contemplationis principium est anima per suas potestates. ergo videtur quod vita non convenienter dividatur per activam & contemplativam.

2. Praet. Inconvenienter dividitur prius per differentias posterius: activum autem & contemplativum, sive speculativum & practicum, sunt differentiae intellectus, & anima. * Vivere autem est primum per se, nam vivere inest viventibus primo per se, sicut vegetabile, ut patet per Philosophum de anima. ergo inconvenienter dividitur vita per activam & contemplativam.

3. Praet. Nomen vitae importat modum, sicut Dionysius 4. cap. * de divi. nominibus.

lib. 83. q. Aliter magi faciunt miracula Christiani, aliter mali. Magi per fidem factus cum demonibus: boni Christiani per signa prophetiae: mali Christiani per signa prophetiae. AD QUARTUM dicendum, quod licet Augustinus 83. quaest. * Admonet nos Dominus minus quaedam miracula facere non potest, qualia sancti facere non possunt. AD QUINTUM dicendum, quod licet Augustinus dicit, ideo non omnibus sanctis vita est periculosissimo errore de operibus in talibus factis esse maiora donis: quibus vita aeterna comparatur.

tio consistit magis in quiete, secundum illud Sap. 8. Intrans in domum meam conueniescam cum illa. ergo videtur quod vita non conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam.

SED CONTRA est, quod Gregorius * super Ezechiel. dicit. Duæ sunt vitæ, in quibus nos Deus omnipotens per sacrum eloquium crudet, actiua videlicet & contemplatiua.

RESPON. Dicendum, quod illa proprie dicuntur viuientia, que ex seipsis mouentur, seu operantur. Illud autem maxime conuenit alicui per seipsum, quod est proprium ei, & ad quod maxime inclinatur: & ideo vnumquodque viuens ostenditur viuere ex operatione sibi maxime propria, ad quam maxime inclinatur. Sicut plantarum vita dicitur in hoc consistere, quod nutriuntur, & generantur: animalium vero in hoc, quod sentiunt, & mouentur: hominum vero in hoc quod intelligunt, & secundum rationem agunt. Vnde etiam & in hominibus vita viuificiuique hominis videtur esse id, in quo maxime delectatur, & cui maxime intendit, & in hoc precipue vult quilibet conuiuere amico, vt dicitur * in 9. Ethicorum. Quia ergo quidam homines precipue intendunt contemplationi veritatis, quidam intendunt principaliter exterioribus actionibus, inde est quod vita hominis conuenienter diuiditur per actiuam & contemplatiuam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod propria forma vniuscuiusque faciens ipsum esse in actu, est principium operationis proprie ipsius: & ideo viuere dicitur esse viuientium ex eo, quod viuientia per hoc quod habent esse per suam formam, tali modo operantur.

AD SECUNDUM dicendum, quod vita vniuersaliter sumpta, non diuiditur per actiuam, & contemplatiuam, sed vita hominis, qui speciem fortitur ex hoc, quod habet intellectum. & ideo eadem est diuisio intellectus, & vitæ humana.

AD TERTIUM dicendum, quod contemplatio habet quidem quietem ab exterioribus motibus: nihilominus tamen ipsum contemplari est quidam motus intellectus, prout quilibet operatio dicitur motus, secundum quod dicit * Philof. 3. de anima, quod sentire & intelligere sunt motus quidam, prout motus dicitur actus perfecti. Et hoc modo † Dionys. 4. cap. de diu. nomi. ponit tres motus animæ contemplantis, scilicet rectum, circulare, & obliquum.

A pertinet ad vitam actiuam: & addit tertium ex utroque compositum. ergo videtur quod insufficienter diuidatur vita per actiuam & contemplatiuam.

¶ 3 Præ. Vita hominis diuersificatur, & in quod homines diuersis actionibus agunt: sed plura quod duo sunt humanarum actionum studia. ergo videtur, quod vitæ debeat in plura membra diuidi, quam in actiuam & contemplatiuam.

B SED CONTRA est, quod iste duæ vitæ significatur per duas vxores Iacob: actiua quidem per Liā, contemplatiua verò per Rachel. Et per duas mulieres quæ Dominum hospitio receperunt, contemplatiua quidem per Mariam, actiua verò per Martham, vt Gregor. * dicit 6. mora. non autem esset hæc congrua significatio, si essent plures, quam duæ vitæ. ergo sufficienter diuiditur vita per actiuam & contemplatiuam.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum * est, diuisio ista datur de vita humana, quæ quidem attenditur secundum intellectum. Intellectus autem diuiditur per actiuum & contemplatiuum, quia finis intellectiue cognitionis vel est ipsa cognitio veritatis, quod pertinet ad intellectum contemplatiuum: vel est alia qua exterior actio, quod pertinet ad intellectum practicum, siue actiuum. & ideo vitæ etiam sufficienter diuiditur per actiuam & contemplatiuam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod vitæ voluptuosa ponit finem in delectatione corporali, quæ communis est nobis & brutis. Vnde sicut Philof. * ibidem dicit, est vitæ bestialis. Propter quod non comprehenditur sub præfenti diuisione, prout vitæ humana diuiditur in actiuam & contemplatiuam.

AD SECUNDUM dicendum, quod media conficiuntur ex extremis: & ideo virtute continentur in eis, sicut tepidum in calido, & frigido, & pallidum in albo & nigro. Et similiter sub actiuo & contemplatiuo comprehenditur id, quod est ex utroque compositum. Et tamen sicut in quolibet misto prædominatur aliquid simplicium, ita etiam in medio genere vitæ superabundat quandoque quidem contemplatiuum, quandoque verò actiuum.

AD TERTIUM dicendum, quod omnia studia humanarum actionum, si ordinentur ad necessitatem præfentis vitæ secundum rationem rectam, pertinent ad vitam actiuam, que per ordinatas actiones consulit necessitati vitæ præfentis. Si autem deseruiant concupiscentiæ cuiuscumque, pertinent ad vitæ voluptuosam, que non continetur sub vitæ actiua. Humana verò studia, que ordinantur ad considerationem veritatis, pertinent ad vitam contemplatiuam.

QVAESTIO CLXXX. De vita contemplatiua, in octo articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de vita contemplatiua.

¶ secundum doctrinam auctoris non potest inueniri tale mistum, quod intelligitur in esse permanenti.

¶ Tertium est, in responsione ad tertium, ubi auctor humana studia ad tria capitula reducit ex parte triplicis finis, scilicet, cõtemplationis, actionis, & voluptatis. Et hoc tertium ab vtraque vitæ excludit ea ratione, quia de humanis studiis secundum rectam rationem est erro. Non permittit autem recta ratio hominem studere voluptati tãquam fini, sed vel in ordine ad actiones, vel ad cõtemplationes.

Et hæc ratio est vniuersalis, hoc est, respectu omnium voluptatum. Illa autem quæ ex communitate delectationis nobis & brutis animalibus sumpta est ab Aristot. particularis est respectu, scilicet delectationis gustus, & tactus.

Lib. 6. c. 28. a medio, & Homil. 14. in Ezech. 2. meo.

Ar. præced. ad 2.

Lib. 1. cap. 5. tom. 5.

¶ Super Questionis contra prima octuagesima articulum primum.

¶ In art. 1. q. 180. colligendum & ordinandum est id, quod de vita

¶ Super Questionis 179. articulum secundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum vita sufficienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam.

¶ In art. 2. eiusdem questio. tria nota.

Primum, in corpore artic. quod cognitio veri veritatis habet duplicem finem, scilicet: veritatem, & opus. Et hoc esset discutendum, nisi superius fuisset declaratum.

¶ Secundum est in responsione ad secundum, quod in quolibet misto prædominatur aliquid simplicium. Et hoc ad philosophiam discutere spectat, an possit dari misto ex æqualibus extremis.

Sat est hic notasse,